

# RATIONALE LIBRI QVINTI IVRIS PONTIFICII

Auctore

IO. BAPTISTA VIVIANO VRBIMATE  
Presbytero, & I. C. Romano.

*Opus, in quo omnium, quæ à Summis Pontificibus constituta sunt in  
Libro Quinto Decretalium, Sexti, Clementinarum,  
& Extrauagantium, ratio redditur.*

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.  
D. SCIPIONEM BVRGHESIVM  
S. R. E. Card. Summum Pœnitentiarium, &c.



ROMAE, Typis Iacobi Mascardi. MD CXVII.  
SUPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.  
D. SCIPIONI BVRGHESIO  
S. R. E. CARDINALI,  
SVMMO POENITENTIARIO, &c.

*IOANNES BAPTISTA VIVIANVS F.*



**L**IBER Quintus mei Rationalis Iuris Pontificij extremus, aliorum quatuor præcedentium vestigia sequens, sub tuo patrocinio, Cardinalis Amplissime, in lucem prodit. Ipse, qui dignatus es, reliquos summa benignitate suscipere; ne dedigneris & hunc eodem pio affectu amplecti: Dum & illum pari obseruantia offero; & Deum Optimum, Maximum, pro Sanctissimi D. N. Pauli V. tuaq. incolumitate, ad ecclesiæ sanctæ augmentum, & decus, ex animo precor. Romæ Kal. Februarij. 1617.

# RATIONALÉ

## LIBRI QVINTI

### IVRIS PONTIFICII.

Auctore

IO. BAPTISTA VIVIANO VRBINATE

Presbytero, & Iuris Conf. Romano.

## DE ACCVSATIONIBVS,

inquisitionib. & denunciatis.

In Decretal. Cap. 1. Si legitimus.

*DE persona accusatoris; prius querendum est in iudicio.*



**Q**UI in iniurijs inde nasci non debent, vnde iura nascuntur. infr. & qualiter. & l. meminerint. C. vnde vi. Et quoniam si quilibet admitteretur ad accusandum, saepe quis ex alterius odio, & malitia indebite condemnaretur. c. accusatoribus. 3. q. 5. Et melius est ante tempus occurrere, quam post causam vulneratam remedium querere. l. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est nec.

Ideo si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. vt in tex. & c. accusatio. 2. q. 7. Personæ autem, quæ accusare non possunt, notantur in his versibus:

*Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus,*

*Suspectus, quæstu corruptus, sortilegusque;*

*Infamis, seruus, pauper, cum milite princeps;*

*Libertus, socius socium, nec non inimici;*

*Clericus ecclesiam, nullus deferre valebit.*

Glos. hic. & l. qui accusare. ff. eod. Vnde tales accusatores repelluntur, & reus absoluitur ab obseruatione iudicij. c. accusator. 6. q. 5. nisi fuerit

A

inla-